

cem, iurauerit eum non offendere, Bero. conf. 166. num. 13. vol. 3. & dicit Crot. conf. 346. quod illud statutum, cum sit in odium bannitorum, pacto immutari non potest, nec illi derogari, cum sit emanatum ob publicam utilitatem, & quod ideo si inimicus post bannum fecit pacem, adhuc impune offendi poterit, & est communis. Idem tenuit Corn. in conf. 204. colum. 2. & consil. 217. colum. fin. volum. 1. & Simon de Petris conf. 78. num. 6. & per totum, videlicet, quod possit impune offendi, etiam quod fuerit promissum non offendere bannitos, tam in pena publica, quam in pena conventionali, veriorum affirmat esse Vulpe. in consil. 37. etiam quod pax fit facta cum bannito; vbi tamen dicit, aliud censendum esse in foro honoris, cum hosti fides sit seruanda, nisi de mandato iudicis bannitos sequeretur, quia tunc apud probos viros excusaretur, sed si pax fuerit facta cum bannito, mediante magistratu, qui stipulatus fuerit pro se, & nomine publico, tenet Marfil. in consil. 9. quod impune non possit offendi. Sed aduertendum est, quod procedunt de iur. canonico, vbi ad sit iuramentum, ratione petiurij, vltate per Bero. in capit. quoniam ecclesiarum, numer. 123. de consil.

245 Item t adde, an e conuersio bannitus post promissionem de non offendendo sit ipse, & eius fideiusor liberatus a fideiussione, & eicontrauenire liceat, vide Hercul. in tract. de non offend. cap. 23. Moron. in tract. de fide, treg. & pace, q. 10. vbi tenet quod non.

246 Item t adde, quod bannitus se defendens, si occidit, licet, stante dicto statuto, impune possit occidi, tamen cautionem non frangit, quia defensio est iuris naturalis: Ferret. in tit. de ferijs, nu. 91. & Herc. in tract. de caut. non offend. c. 23. num. 4. Baiard.

q Sed an licebit. ] Et an etiam proditorie Vulpell. conf. 59. & ibi Farin. d. q. 3. nu. 107. & 111. Ros.

247 Sed an licebit virtute huius Statuti. ] Adde, t quod si esset bannitus pro ciuime legis maiestatis, proditorie posset interfici, vt per Capol. conf. 34. col. 3. versic. prererea, Menoch. de arbit. iud. q. 90. nu. 50. & in Regno Ncap. ad est Pragmat. Regis Philip. in tit. de exilibus, incipien. Essendo peruenuto, qua conceditur facultas occidendi bannitos omni meliori modo, & forma, qua potuerunt. Ex quo sequitur, quod etiam proditorie occidi potuerunt. Baiard.

1 Interficere. ] Adde quando quis dicitur proditorie interficere per Afflic. decif. 265. nu. 94. & per Dec. dicto cap. que

in Ecclesiarum, col. 6. vbi alios allegat concord. & per Marfil. singul. 16. in fine. Giach.

f Contrariam tamen sententiam. ] Adde, quod imò contraria tenenda est, quod videlicet bannitus proditorie impune occidi potest, Roc. à Cur. in c. fin. fol. 20. de consuet. Petr. à Plaz. epist. de iust. c. 7. nu. 7. Vulpell. in conf. 59. nu. 2. vbi dicit, q receptor est ista sententia, vt bannitos et proditorie interficere liceat, et idem tenuit Viui. comm. opi. lib. 1. in verb. statutum, quod bannitus, et Burs. conf. 134. n. 13. vol. 2. quod est verum, dummodo bannito ab interfectore non fuerit data fides, secundum Bero. in c. que in ecclesiarum. n. 126. de consil. et sic Bero. tenet hic cū D. Claro.

248 Item t adde, quod bannitus occidit impune, qui ad instantiam inimicorum suorum, & pro pecunia eum occidit: est communis opi. per Monticel. in pract. crim. post eius repertor. de testib. nu. 28. fol. 36. & late tractas. Nell. de bannit. p. 2. 2. temp. q. 12. Baiard.

t Multi tenuerunt. ] Vide Ang. in l. fin. C. de delato. l. 10. per illū tex. Marfil. sub. d. singul. 16. Capol. crimin. conf. 34. nu. 9. Nisi esset bannitus, vel cōdemnatus pro crimine laesae maiestatis, vt dicunt Doct. predicti. Giach.

u Apud nos seruatur. ] Obseruantia, de qua Menoch. de arbit. iud. q. 90. nu. 49. Ros.

x Etiam hosti fides seruanda est. ] Vt habetur l. fin. ff. de legib. & hoc pro fing. ponit Marfil. quem vi. sing. 66. Giach.

y Item quero. ] Quid si gratia illi facta sit, sed nondum sit cancellatus. Farin. d. q. 103. num. 79. 80. & 88. Ros.

249 Item quero: pone, quod bannitus. ] Adde, t ad hanc questionem videndū Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 6. nu. 11. cū seq. vbi multum late hanc materiam tractat, & Menoch. de arb. iud. casu 283. nu. 3. vide omnino etiam Mascar. in tract. de probat. 250 concl. 162. vbi lausissime hanc materiam tractat, t quando bannitus non cancellatus impune occidi possit, cū multis ampliationib. & limitationibus, & quid de bannito non legitime cancellato, & de non cancellato, qui penā soluerit, vel gratiam obtinuerit. De hoc habetur etiā per Duen. reg. 68. nu. 2. & 3. & Marfil. sing. 340. & quando presumatur scientia gratia, Ang. in 251 l. Titius §. Lucius, & Titus, ff. de lib. & posthu. Et t ad materiam defendendi occidentē bannitū gratiatū, non tamen cancellatum à libro bannitorū, vide Marfil. in conf. 10. per totum, & Bero. conf. 54. nu. 33. vol. 2. & conf. 182. vol. 3.

252 Item t adde, quod interficiens illum, qui petebat se casari à banno, debet puniri, si debebat cancellari: alias non, 253 Franc. in cap. cum quis, in fin. de reg. iur. in 6. Et t quid si non

non habuerit gratiam; sed fuerit iniuste cancellatus de banno à non habente auctoritatem, vide Menochius de arbitrar. Iudic. questione 60. numer. 23. vbi tenet, quod impune possit offendi accumulando multos idem tenentes, & idem dicit esse, si de banno liberatus fuit, sed de liberatione non apparet in libro publico bannitorum.

254 Item adde, t quod bannitus non gratiatus, sed toleratus non potest impune occidi, Mar. consilio 46. Crauet. consilio 168. num. 4. sed tolerantia talis esse debet, vt appareat, Principem approbasse illius banniti habitationem in ciuitate, quia simplex tolerantia de facto non sufficeret, Menochius conf. 276. num. 50. & in q. 90. num. 56. & 57. de arbit. iud. & Ruin. in conf. 85. num. 9. cum seq. vol. 4. vbi late, de qua tolerantia intelligi debeat.

255 Item adde, t quod bannitus habens tolerantiam, seu saluum conductum non poterit offendi in loco delicti: secus autem, si in alieno territorio habitaret, vt per Bero. in conf. 196. n. 33. vol. 3. Item adde, si fuisset facta reformatio, quod omnes banniti t sint absoluti, & de eorum banno cancellati, ac restituti, & reperitur post reformationem bannū non esset cancellatus, an bannitus possit impune offendi vide Ang. in conf. 288. visothemate, quem refert Blanc. in pract. crimin. in verbo Ignorantia, num. 186. & nu. 161. & 166. tractat, quando cancellatio fuisset facta de vno libro, t & non de alio; & num. seq. quod probare debeat Aduocatus banniti contra interfectorem.

258 Item adde, t quod bannitus habens gratiam de homicidio, tacita primi homicidij gratia, poterit impune occidi, vt per Alex. in consil. 114. vol. 1. & Boff. in tit. de remed. ex sola clem. num. 37.

259 Item adde, t quod bannitus gratiatus à Principe, habitans pace ab offensis, & sic gratia sub conditione, si pacē habuerit, vel habebit, qui à banno non fuerit cancellatus, poterit impune offendi, etiam quod in partiam reuersus, & quod ante gratiam pacem habuisset, de qua per instrumentum publicum constaret, nisi per Iudicem esset declaratum post conditionem illam extirsisse: & sic pacem habuisse; alias per gratiam sub conditione factam non desineret esse bannitus: ita tradit Ruin. in conf. 85. vol. 4. per totum; vbi concludit, interficientem talem bannitum, ita gratiatum, & tolerantia fore, & esse absolendum ab omni pena ordinaria, & extraordinaria, item tenet Moron. in tractat. de fide treg. & pace, q. 106. nu. 15. cum seq. De qua conclusione valde dubito, vt saltem à pena extraordinaria absolui non possit; & ideo cogitandum est.

260 Item adde, t quod cancellatio facta ab eo, qui ius non habet, non valet, Bald. in conf. 404. vol. 1. num. 2. Ruinus consil. 49. num. 8. vol. 4. & potest impune interim. Baldus in cap. 1. in princ. Hic finitur lex Corradi, Capol. consilio 7. Marfil. sing. 340. & in pract. crim. §. aggredior, num. 5. Et Iulij Clari Sentent. Pract. Crimin.

dicitur etiam iniuste cancellatus, vbi non apparet de causa cancellationis, Marfil. conf. 55. nu. 5. Carrer. de homic. nu. 207. Menoc. de arb. iud. q. 90. n. 25. & late Moron. de fide treg. & pace q. 106. in fine, & in dubio quis praesumitur iniuste delictus à banno, quando non apparet causa, cur fuerit absterfus, Bald. in cap. cum sit, per, col. 6. de re iud. & in conf. 208. incipien. conitngamus. vol. 6. Abb. conf. 7. vol. 3. & Mascar. de probation. concl. 162. num. 14. vol. 1.

261 Item adde, t si post bannū facta sit lex, quod banniti debeant rebanniri, qui seruirent duobus mensibus in exercitu suis expensis; vel diceretur, quod essent à banno liberati, & aliquis fecerit id, quod lex mandauit, non delinit esse bannitus, nisi sequatur declaratio Iudicis, quod id factum sit, quod fieri debuit; tamen si lex diceret, quod ipso iure sit liberatus, tunc non requireretur declaratio, sed statim esset liberatus, Nell. in tract. de bannit. in 3. par. 2. temp. q. 79. quem refert, & sequitur Ruin. in d. conf. 85. n. 4. & 7. vol. 4. Baiard.

z Nondum sit cancellatus. ] Adde videnda tradita per Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. cas. 283. num. 34. vbi tenet puniri homicidā Iudicis arbitrio extraordinarie. Adde videndū etiā per Alb. in l. equissimum §. si consulto. de secun. tab. Ias. in d. l. si creditoris, C. de fidei com. & Boff. tit. Bannit. quid amit. col. 3. ver. quid verò vbi de communi. Tenendo communem ampliam, quod sufficit, si sit cancellatus in vno libro, dato, quod in pluribus descriptus esset, secundum Bal. in l. nostram. col. fin. C. de testam. quod verum est, vbi cancellationis causa respicit omnes scripturas secundum eundem illic, vt declarat Imol. in l. fin. ff. de his, quae in testam. delent. Item limita per Boff. vbi sup. nisi ex statuti dispositione, quilibet esset restituendus: quod contingit, quando per capitula fedetis disponitur, vt rebelles omnes restituantur, & multo magis si dicatur non habendam esse rationem vllam talis banni, vel nisi in Archiuo publico esset instrumentum solutionis banni, quia tunc diceretur in culpa. Item non procederet, vbi non appareret occiforem de tali gratia notitiam habuisse, quia isto casu excusaretur, vt per Dec. qui alios allegat concord. eius. conf. 327. sub nu. 5. vers. tertio non obft. & num. seq. Giach.

262 a Quod ita plures vidi in facto obseruari. ] Adde, t quod si bannitus habuit securitate à Principe pro vno anno, & in dicto tempore homicidium commiserit, & postea occidatur, quod occidens non venit puniendus, Afflic. in conf. de for. bannitis, nu. 32. fol. 9. vbi plenè istam quaestionem examinauit; vide etiam Gabr. lib. 6. concl. 6. tit. de reg. iur.

263 Item adde, t quod bannitus habens securitatem, putā per mensem, licet poterit occidi tam à sciente securitatem, quam ab ignorante, si reperitur in comitiu bannitorum, ita Nell. de ban. in 2. par. 2. temp. q. 15. num. 15. Baiard.

b Hoc tamen. ] Vide Carrer. de exec. sent. c. 3. n. 70. Ros.

c Aut constat. ] Farin. sup. num. 90. & 93. Ros.

d Aut constat. ] Adde, quod occifores dicerentur esse



in culpa, non inuestigando, quando quis verè erat rebannitus, vt per Ruin. in d. conf. 85. num. 8. vol. 4. Baiard. *Et ideo curent.* ] Farin. supra num. 97. & 98. Ros. *Sed quid si bannitus.* ] Si bannitus protestetur habere gratiam, Farin. d. quæst. 103. num. 81. Ros. *Sed quid si bannitus.* 265 *Et c.* ] Adde, quod hec conclusio limitatur, nisi vltra protestatione bannitis offerret separatim ire ad iudicium, Rom. singul. 276. & Rip. post Felyn. in c. cum M. Ferrariensis, nu. 156. declarando, vt per eum, in verò. Quid tenendum. Baiard. *Habet gratiam.* ] Obiter hic scias, quod si fiat gratia bannito de homicidio, necesse est exprimere qualitatem, vt de parricidio, aut assassinio: alias non prodest gratia, vt per Carrer. in pract. p. 440. num. 133. Giach. *Maiores est dubitatio.* ] Quando bannum nullum est Farin. d. q. 103. n. 38. & sequen. Ros. *Maiores est dubitatio, quando bannum, &c.* ] 266 Adde quod in statu ecclesiastico fuit ad hoc prouisum per Const. Marchie, lib. 4. c. 35. vbi permittitur impune offendi etiã non legitime, & nulliter bannitum, si nullitas non erat patens, & si interfecto ignorauit: si verò erat patens, quod teneatur de homic. culposo, & non doloso occidens, qui non diligenter bannum inuenerit; & per eandem 267 *Constit. c. 36.* fuit prouisum, quod homicida notorius, licet non bannitus possit impune offendi. Et ad hanc quæst. an liceat occidere nulliter bannitum, vide Menoc. de arbit. iud. cas. 283. 268. Item adde, quod si ante huiusmodi statuto potest delinquens impune offendi, licet non fuerit bannitus, & condemnatus per Iudicis sententiam, sed per sententiam legis municipalis, si statutum dixerit, vt puta, si incendium, vel tale delictum fecerit, ex tunc sit bannitus, & condemnatus in penam captus; vel si dixerit, ipso iure sit condemnatus, vt per Corn. in conf. 181. num. 7. cum seq. vol. 4. 269 Item adde, quod clericus bannitus à Iudice laico, qui ignorabat, illum esse clericum, potest impune occidi, stante dicto statuto, Baldus in lege 2. ff. si quis in ius voc. non ser. 4. col. sed Bald. sibi contrarius in lege 1. C. si à non compet. Iudice, tenet, quod non excusatur, qui occidit clericum bannitum, quamuis ignorauerit esse clericum; & sequitur Alex. in consilio 442. visis dubitationibus. Prima verò opinionem tenet Fellinus in suo Repertor. in verbo prorogatio facta de incompetenti Iudice, post Ioan. Andr. in reg. Quod quis, de reg. iur. in sexto Alber. de Rosat. in 4. par. statut. q. 26. & Alex. sibi contrarius conf. 330. incip. attempta dispositione statuti, col. 4. 270 Item adde, quod è contrario si clericus bannitus à Iudice seculari occidat, vel capiat alium bannitum secularem, an debeat gaudere præmio statuti, si fuerit bannitus pro crimine assassini, debet gaudere, secus autem si pro deli-

ctis, quorum cognitio ad secularem spectare non possit, tunc Iudex laicus eum indultare non poterit, etiam quod alium bannitum cœpisset, vel occidisset, quia fieret præiudicium Iudici ecclesiastico, ad quem spectat remissio: ita tradit Crau. super Pragmat. 1. de exilibus, num. 117. sed ego vidi contrarium in quodã fratre Iacobo, quod multa homicidia perpetraverat, & larrocina, & postea cū interfecisset nō nullos de sua comitina, fuit à Commissarijs Regis indultatus & deinde ibat armatus cum magna carterua tutus, & securus, quod erat maximū scandalum, & pessimū: sed quando clericus bannitus est publicus malefactor, & homicida, & latro, illum interficiens, debet gaudere beneficio statuti, etiam si sciret eum esse clericum, quia amittit priuilegium clericale: ita latè Franc. in decil. 463. vol. 3. vbi dicit, quod etiam in Regno Neap. clericus vi laicus citatus tenetur per Rit. comparere personaliter cū bullis clericatus, alias habetur pro contumace, & poterit foriudicari, & eum interficiens fruatur præmio statuti. Item adde, an clerici stante dicto statuto possint impune occidere bannitos, latè per Marsi. consil. 11. incip. circa hoc dubium. Baiard. *Nulliter bannitum.* ] Adde, & vide per Iacob. Menochium de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 3. & casu prædicto 283. Giach. *Si verò non habebat.* ] Vide Chart. de execut. sentent. c. fin. num. 15. vbi etiam quid in Iudice Ros. *Successiue quæro.* ] An appellatio pendente à banno, Farin. d. q. 103. num. 305. 306. & 307. Ros. 271 *Successiue quæro, vtrum pendente &c.* ] Adde, quod bannitum interficiens, pendente appellatione à sententia banni, non cuitat penam etiam quod sententia per desertionem transferit in rem iudicatam, non obstante statuto concedente bannitum interfici posse, Io. Crot. in tract. de testib. num. 190. Bald. in l. qui à latronibus in princ. de testam. Hanc tamen limitationem, quod bannitus, pendente lite super validitate banni, siue sententiæ, impune non possit offendi, ita distinguit Beron. in c. quæ in ecclesiis, num. 110. de cont. videlicet, quod limitatio absque dubio procedat, quoad ipsum litigantem super banno cum bannito, sed quoad tertium, quod aut bannitus nondum erat in libro bannitorum descriptus, & tunc non posset impune offendi; aut fuit descriptus, & dubium erat, an super validitate banni lis penderet: & tunc interficiens à pœna homicidij excusaretur, sed non à culpa, cum non inuestigauerit, an bannum in rem iudicatam transfuerit. Item adde, quod bannitus non potest offendi, appellatione pendente, siue appellatio sit recepta, siue non vsque quod de appellatione ipsa fuerit cognitum, quod tamen verum est, quoties scunq; appellatio temeraria, & calumniosa non fuerit interposita; & notorie istud appareret, Blanc. in pract. crimin. cap. ignorantia, numer. 101. cum seq. fol. 824. Item

272 Item adde, quod bannitus, pendente restitutione in integrum, non potest impune offendi, etiam si statutum diceret, quod querelæ bannitorum non debeant admitti, Lancelot. in tractat. de attentat. par. 2. cap. 18. num. 40. fol. 380. & eisdem, quando bannitus alio modo de banno iniulto conuenitur, Menoc. de arbit. q. 90. nu. 58. Baiard. *Quinimò neque etiã.* ] 273 Adde, quod hoc non procedit de consuetudine Parlamenti, & aliarum curiarum Delphinatus, & Francie. Marc. decisione 907. 274 Item adde, quod etiam non procedit in confessio, & conuictio; tunc enim dicti decem dies non expectantur, Guid. Pap. decil. 74. & ad prædicta vide etiam Lancelot. in tractat. attentat. par. 2. cap. 11. n. 21. & 22. Baiard. *Quæro etiam.* ] Bannitus iam detentus num offendi poterit, Nell. de bannitis 2. par. 2. temporis, q. 32. Bald. in l. libertas, ff. de stat. homil. Far. d. q. 103. num. 202. Ros. *Quæro etiam, pone, quod bannitus.* ] Adde quod bannitus condemnatus, qui duceretur ad mortem, non potest impune occidi, nec etiam à familia officialis, nisi de licentia Iudicis, quando dubitaretur, ne auferretur, Bald. in l. addictos, C. de episc. aud. Afflic. *Nulliter bannitum.* ] Adde, & vide per Iacob. Menochium de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 3. & casu prædicto 283. Giach. 275 Interficiens bannitum captum à euria committat crimine læsæ maiestatis, vide Burf. in consil. 216. vol. 2. 277 Item adde, quod si bannitus fuerit captus à priuato, an alius possit eum impune occidere, Nell. de bannit. in 2. par. 2. temp. q. 72. tenet, quod sic: sed eum occidens tenebitur capienti pro eius interesse, quia non potuit præmium consequi, quod secundum eum procedit, si erat certum, quod ille bannitus captus non erat à capientis manibus euaturus: aliàs non teneretur. 278 Item adde, quod si non fuerit captus, sed citatus, & dum ad iudicem veniebat, occiditur, si iam se præsentauerat, & erat sub oculis iudicis, non potest impune occidi; & ita fuit Florentiæ iudicatum per D. Odofred. si autem fuit occisus, quando erat in via, occidi potest, nisi esset sibi data securitas, & de illo occidendi constabat, Bald. in l. 4. ff. de stat. hom. quem refert, & sequitur Anan. in cap. cum iuramento, num. 7. de homic. Baiard. *Officialis.* ] Sed an, & quando licitum sit familiæ officialis resistente sibi occidere; item & condemnatum ductum ad supplicium, vide per Carrer. in pract. crimin. §. Homic. 6. num. 358. & 359. Giach. *Uterius quæro.* ] An bannitus extra territorium occidi possit, Farin. d. quæst. 103. num. 215. & 216. Ros. 279 *Uterius quæro, nunquid, &c.* ] Adde, quod occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus, non potest

puniri, etiam quod statutum dicere, vt puta, quod bannitus possit impune occidi in Ciuitate, vel districtu Parmæ, Ruin. conf. 84. numer. 6. cum seq. vol. 4. & hoc intelligitur, quoad Iudicem loci, à quo ille erat bannitus; sed bene poterit à Iudice puniri, in cuius territorio bannitum interfecit, Ruin. dicto consil. 84. Thob. Non. conf. 98. num. 8. quod verum est, nisi in Prouincia decretum, siue constitutum extaret, quod bannitus ab vno loco bannitus à ab omnibus locis Prouinciæ intelligatur, vt est in statu Ecclesiastico, vbi adest Bulla Clem. VII. de qua in Bullario nouiter impresso fol. 291. tunc enim talis bannitum offendens vbiq; locoru dictæ Prouinciæ, in quibus vigerent istatuta, quod banniti possent impune offendi, licet potuissent, & absque pœna bannitū offendere, vt tradit Cor. conf. 281. 192. lib. 3. Et nedū in interficiens bannitū extra territorium non potest à Iudice puniri, à quo fuit bannitus, sed etiam debet præmium consequi si à statuto conceditur, Bald. in conf. 434. præmittendū est, vol. 5. Crau. conf. 409. num. 15. Rim. iun. conf. 470. n. 63. cum seq. Sed non euitabit peccatum, nec homicidij pœnam, Ferret. in conf. 330. num. 4. vol. 2. 282 Item adde, quod nedū potest impune offendi bannitus in loco banni, sed etiam in loco confederato, Alba conf. 49. n. 1. & Plot. in conf. 24. n. 43. & debet habere præmiū constitutum, secundum Ferret. in d. conf. 330. n. 2. 283 Item adde, quod bannitus pro assassinio potest impune occidi extra territorium, dummodo probabilia argumenta appareant de delicto coram Iudice, a quo fuit bannitus, Boff. in tit. de manda. ad hom. c. num. 19. etiam non existente statuto, quod bannitus possit impune offendi, nec ab aliquo Iudice occidens puniri poterit, cum assassinus, si licet esset clericus, à toto populo Christiano per legem sit diffidatus, & ab omnibus possit impune offendi, c. pro humani, de homic. in 6. Ang. conf. 14. Curt. sen. conf. 70. num. 8. Gram. vot. 8. & 20. Ruin. conf. 4. col. 4. vol. 5. 285 Item adde, quod bannitus propter læsæ maiestatis, vel rebell. onis crimen, aut propter atrocissimum delictum impune occidi potest extra bannitis territorium, & interficiens debet præmium consequi, si à statuto conceditur, vt per Ferret. in conf. 330. num. 2. cum seq. vol. 2. Baiard. 286 *Et in Ecclesia.* ] Adde, quod interficiens bannitum in Ecclesia non punitur de sacrilegio, Nell. in tractat. bannit. 2. parte 2. temp. quæst. 48. Marsi. in vlt. quæst. pract. crim. viii. commun. opin. verb. statutum, disponens quod bannitus, Burfat. conf. 134. nu. 8. & conf. 216. num. 144. vol. 2. & etiam interficiens bannitum potest incontinere illum spoliare, furtumquē, & derobationem committere impune, Castri. consilio 31. seu 33. Nell. de bannit. in 2. par. 3. temp. quæst. 3.